

*adorant ydola*

istis septem dietis inuenitur Nobilis ciuitas Singçumatu que est multum diues & magna & magne mercationis & artis. /cuius gentes adorant ydola & sunt sub dominio magni can moneta ipsorum est de cartis. habent quoddam magnum flumen de quo multum secuntur profectum ista quidem ciuitas habet tantam multitudinem clasium. quod uix posset quis credere quin uideret & non credatis quod sint magne naues set tales quales possunt in magni flumine gubernari iste naues porta[n]t ad mançi & per cathay tantam multitudinem mercimoniorum quod mirabile est| & quando redeunt etiam redeunt onerate & ideo mirabile est 37<sup>r</sup>° uidere mercimonia que per istud flumen feruntur/

*adorant ydola*

**Q**uando disceditur ab ista ciuitate predicta sinçumatu itur versus meridiem viij dietis inueniendo continuo multas ciuitates & castra multarum diuiciarum mercationum & artium. quarum gentes adorant ydola. comburunt funera & sunt sub dominio magni can & monetam habent de cartis in capite uero viij dietarum inuenitur quedam ciuitas nomine linçifu & sic etiam nominatur prouincia & est capud regni. ipsa quidem ciuitas est nobilis & diues & ipsius homines sunt probi pro armis. & tamen ibi fiunt multe mercationes. & artes habent etiam copiam uenationum & aucupationum habent & omnium uictualium copiam habundantem item habent per contratam totam multitudinem çiçularum que sunt duplo maiores quam datali & gentes illius prouincie de ipsis çiçulis panem edunt/

*adorant ydola*

**C**um uero disceditur a ciuitate linçifu itur tribus dietis uersus meridiem inueniendo continuo multas bonas ciuitates & castra que sunt de cathay gentes adorant ydola. faciunt comburi funera expendunt monetam de cartis. & sunt sub dominio magni can uenationes & aucupationes uolatilium & siluestrium habent meliores que reperiantur in mundo habent copiam uictualium. in capite istarum trium dietarum inuenitur. quedam ciuitas nomine pinçu que est nobilis & magna & multarum mercationum & artium| in ea nascitur syricum 37<sup>v</sup>° habundanter/

*adorant ydola*

Cum uero disceditur a ciuitate pinçu. itur uersus meridiem duabus dietis per pulcras contratas & habundantes omnium bonorum vbi sunt uenationes omnium manerierum bestiarum in capite uero duarum dietarum inuenitur ciuitas Cinçu que est multum diues & magna & multarum mercacionum & arcium gentes ipsius adorant ydola funera comburunt. monetam quidem de cartis habent & sunt sub dominio magni can ualde pulcras habent planicies & campos habundantiam habent frumenti & omnium segetum/ nam cum disceditur ab ista ciuitate cinçu itur tribus dietis per meridiem ubi inueniuntur pulcre contrate castra & loca cum pulcris aucupationibus & uenationibus. habundantiam habent frumenti & omnium segetum adorant ydola monetam habent de cartis & sunt sub dominio

*adorat ydola*